



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VII. De pluribus beneficiis clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

GREGORIVS SALTZBURGENSE. RUDOLPHVS I.
P.X. IMP. 593

ANNO CHRISTI
1574.
erigant ad salutem. Hos & nullo modo recipi vol-
lumus, vel admitti, nisi cum diœcesani episcopi
nuntio literatorio destinato.

VII.

Cum in prouincia Saltzburgensi diuersi clerci sœculares, non ponentes terminum auaritiæ, nec salutem propriam prætendentes, onerare se pluribus beneficiis ecclesiasticis non formident, nos, qui aliorū indigentiis & saluti occurrere cupimus, & ecclesiarum necessitatibus prouidere, auctoritate præsentis Concilii firmiter & districte præcipimus, vt singuli plura beneficia possidentes, aut recepto vltimo sint contenti, aut in ipso proximo prouinciali Concilio seu episcopali Synodo, quem terminum ipsis peremptorium assignamus, legi- timis documentis edoceant, secum esse per eum, qui de iure hoc facere potuerit, dispensatum, alio- quin nos tam formam Canonum circa hoc tradi- tam, quam statutum bonæ memorie domini Gui- donis cardinalis, quondam in prouincia nostra apostolicæ sedis legati, prouidere curabimus bene- ficiis & personis.

Pluralitas
beneficiorū
inhibetur.

Nisi adint
dispensatio-
nes corum,
qui de iure
dispensare
possunt.

VIII.

Ceterum cum per mercenarios temporales, quos ecclesiarum rectores & plebani in ecclesiis parochialibus instituant & destituant nonnumquam interposito turpi pacto, animarum salus, & ecclesiarum vtilitas damnabiliter negligantur; nos omnes & singulos clericos in Saltzburgensi pro- uincia curam animarum habentes huius auctorita- te Concilii ad personalem in beneficiis residen-

Clerici ani-
marum cu-
ram haben-
tes in paro-
chis resi-
deant.

Concil. Tom. 28.

Ffff